

273.

Der Administrator Johann Leisentritt bestätigt unter gewissen Bedingungen den Beschluß des Capitels des Franziskanerordens von der Observanz, das Kloster zu Kamenz dem dasigen Rathe zu überlassen.

Bautzen, 1565 Aug. 9.

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Kamenz No. 138 mit S. an roth und weißer Schnur in Blechkapsel.

5

Nos Johannes Leisentritius, prothonotarius apostolicus et aulae sacri palatii Lateranensis comes, episcopatus Misnensis || per superiorem et inferiorem Lusatiam administrator, nec non Romanae, caesareae, Ungaricae et Bohemicae ꝛ. regiae majestatis ꝛ. in causis spiritualibus commissarius generalis, ecclesiae Budissinensis decanus, || simul et Pragensis et Olomucensis metropolitanarum ecclesiarum canonicus ꝛ., universis et singulis 10 has patentes literas nostras visuris, lecturis, vel legi audituris salutem precamur in || domino sempiternam. Quanto devotionis zelo orthodoxae, apostolicae veraeque catholicae religionis nostrae praedecessores extruxerint monasteria et alia spiritualia aedificia bonis tam mobilibus quam immobilibus dotantes ad catholicam pietatem plantandam et sacra officia peragenda, nemo fere christianorum est, qui non perspectum habeat. Quanta 15 praeterea sub anathematis poena per sacrorum et oecumenicorum conciliorum canones cautum et sancitum sit, ne talia loca et bona ad gloriam et honorem dei semel dicata in profanos usus amplius transferantur, ex dictorum canonum lectione pariter conspiciere licet. Sed crimine sacrilegii infecti homines haec nihili facientes summo cum contemptu atque detrimento ecclesiae nostrae catholicae loca, aedificia omnesque redditus ecclesia- 20 sticos illegitimo modo in contrarium et prorsus impium usum malitiose convertentes quam misere periere, tam apud profanos quam ecclesiasticos historiographos infinita extant exempla. Nos igitur (absit jactantia verbis) nolentes, ut aliquis Christi fidelium ante Baal genua nondum curvantium tam abominabili sacrilegii maculo sese coinquinaret, multo minus tam pestifera lue in suae salutis periculum se praecipitaret, paterne monuimus et 25 dehortati sumus semper. Hoc autem tristi tempore cum ob religionis dissidium in Lusacensi^{a)} nostra diocoesi tot et tanta loca conspiciamus vacua et ob personarum inopiam omnino deserta, majori ex parte per modum sacrilegii condemnabiliter rapta et profanata, ita ut seculares homines bonis et aedificiis sive foundationibus ecclesiasticis infesti latam et diu optatam viam magis ac magis jam habeant ista, quae adhuc reliqua sunt (etiam 30 reclamantibus praelatis), rapiendi et ad arbitrium possidendi vique rapiunt et possident, nullo habito respectu praedictarum rationum et exemplorum, huic malo praevenire voverunt venerabiles nobis in Christo dilecti patres ordinis sancti Francisci de observantia, qui non ita pridem, Bechiniae (quae est oppidulum Bohemiae) in capitulo generali legitime congregati, praecipue cum eorum ordinis non extarent tot fratres, quibus ad orthodoxae, 35 apostolicae vereque christianae religionis reliquias conservandas monasterio ejusdem ordinis in Camentz sito providere potuissent, considerantes nihilominus beneficia civitatis

273. a) Lusanicensi.